

Revision der Cephalocotyleen. Abtheilung: Cyclocotyleen.

Von dem w. M. Dr. K. M. Diesing.

(Vorgelegt in der Sitzung vom 5. November 1863.)

SECTIO II. CYCLOCOTYLEA.Entozoa cystica et Cestoidea *Rudolphi* partim.

Animalia solitaria libera, alba, transparentia vel opaca, longitudine aliquot linearum, pollicum vel pedum, imo praelonga, interdum ad 40--100 pedes inerescentia. *Corpus* elongatum molle parenchymatosum, planum vel depressum, rarius teretiuseculum, articulatum s. *polysomum*, articulis successive evolutis, ultimis maturis facile deciduis. *Caput* corpore continuum vel collo inarticulato discretum, acetabulis circularibus 4 v. 8 oppositis. *Bothria* nulla, rarissime 4 auxiliaria ad collum sita. *Os* terminale sessile vel in apice proboscidis suctoriae s. myzorhynchi retractilis, inermis vel armati. — *Tractus cibarius* proprius nullus, ejusque loco vasa longitudinalia plerumque 4, similibus transversalibus passim inter se juncta, vascula capillaria vibrantia reticulato-ramosa emittentia; vasa longitudinalia in articulo primitive ultimo ad marginem posticum in vesiculam pulsatoriam poro excretorio praeditam inserta. *Systema nervorum* adhuc dubium. *Androgyna*. *Penes* protractiles filiformes et aperturæ genitalium femineae numerosae postpositae, marginales, rarius laterales. *Organa genitalia interna*, mascula: testiculus, vas deferens et burseola penis; feminea: organum germinativum et organum vitelligenum, uterus ramosus, ramulis coecis, cum vagina. *Ovipara*, ovulis maturis plerumque simul cum articulis corporis posticis facile deciduis et cum faecibus extus delatis. *Embryo* subglobosus, uncinulis locomotoriis sessilibus 6 instructus. *Evolutio* directa (?) aut per larvas metageneticas i. e. per gemmificationem ad blastocystidem, e transformatione embryonis prodientem, ortas. In Hominis et animalium vertebratorum praepriis Mammalium et Avium, rarius Amphibiorum et Piscium tractu cibario.

De metagenesi, hucusque solummodo in genere *Taenia* observata, confer expositionem ad calcem hujus generis.

Conspectus dispositionis familiarum et generum adnexis larvarum formis. (Continuatio.)

SECTIO II. CYCLOCOTYLEA.

Caput acetabulis circularibus 4 aut 8 oppositis (aut quatuor in latere infero sitis?) instructum. — Tractus cibarius proprius nullus (aut simplex ano stipatus?) — Androgyna (aut sexu discreta).

TRIBUS I. CYCLOCOTYLEA APROCTA.

Acetabula 4 aut 8 opposita. — Nec tractus cibarius proprius, nec anus. — Androgyna. — Evolutio directa? vel per metagenesin.

Familia XI. Tetracotylea. Corpus articulatum. Caput corpore continuum vel collo discretum, acetabulis quatuor oppositis. Bothria nulla, rarissime 4 auxiliaria ad collum sita. Aperturæ genitalium marginales, rarius laterales. In Hominis et animalium vertebratorum praeprimis Mammalium et Avium intestinis. Evolutio directa (?) vel per metagenesin.

32. Taenia. Corpus articulatum. Caput corpore continuum vel collo discretum, subglobosum vel tetragonum, acetabulis 4 oppositis. Os terminale in fundo cupulae capiti immersae, vel in apice prominentiae conicae, aut in apice myzorhynchi protractilis; tam cupula, quam prominentia et myzorhynchus inermes vel armati. Aperturæ genitalium marginales, rarius laterales. In Hominis et animalium vertebratorum praeprimis Mammalium et Avium intestinis. Evolutio directa (?) aut per metagenesin.

33. Sciadocephalus. Corpus articulatum. Caput horizontaliter disciforme, acetabulis quatuor disci centro immersis, in quadrangulum dispositis. Os in fundo cupulae inter acetabula prominulae. Collum nullum. Aperturæ genitalium marginales alternæ. In Piscium fluviatilium intestinis. Evolutio ignota.

34. **Ephedrocephalus.** Corpus articulatum. Caput collo crasso sellaeformi insidens, parvum, tetragonum, acetabulis 4 angularibus. Os terminale. Aperturæ genitalium femineae laterales. Penes marginales alterni. In Piscium fluviatilium intestinis. Evolutio ignota.
35. **Amphoteromorphus.** Corpus articulatum. Caput collo subquadrato, foveis s. bothriis auxiliariis quatuor instructo, insidens, parvum, tetragonum, acetabulis quatuor angularibus. Os terminale. Aperturæ genitalium femineae. . . Penes marginales vaginati. In Piscium fluviatilium intestinis. Evolutio ignota.

Familia XII. Octocotylea.

36. **Peltdocotyle.** Corpus articulatum. Caput globoso-inflatum, acetabulis octo, scutellis quatuor cruciatim capiti adnatis per paria immersis. Os terminale; Aperturæ genitalium. . . In Piscium fluviatilium intestinis. Evolutio ignota.

Larvæ Cyclocotyleorum aproctorum.

Familia Tetracotylea.

I. Larva metagenetica solitaria antice in blastocystidis pagina externa.

1. Caput tetragonum v. subglobosum, prominentia terminali inermi vel armata, aut cupula terminali, acetabulis quatuor angularibus vel lateralibus oppositis. Collum subcylindricum vel depressiusculum; caput cum collo in blastocystidem retractile. Blastocystis turgida vel depressa. In Hominis et Mammalium, rarissime Avium visceribus variis.

Status perfectus: *Taenia mediocanellata* sp. 1; *T. Solium* sp. 41; *T. crassicollis* sp. 42; *T. crassiceps* sp. 44; *T. serrata* sp. 46; *T. marginata* sp. 47; *T. tenuicollis* sp. 51.

II. Larvæ metageneticæ numerosæ ad paginam blastocystidis externam aut internam irregulariter dispositæ.

α. Larvæ numerosæ ad paginam externam blastocystidis.

2. Caput tetragonum, prominentia terminali armata, acetabulis quatuor angularibus. *Collum* depressiusculum; caput cum collo in blastocystidem retractile. Blastocystis subglobosa. In Mammalium cerebro, rarius in organis aliis.

Status perfectus: *Taenia Coenurus* sp. 48.

β. Larvae numerosae ad paginam internam blastocystidis.

3. Caput variabile, prominentia armata, acetabulis quatuor cruciatim oppositis. Collum obovatum variabile. Blastocystis subglobosa. In Hominis et Mammalium visceribus variis.

Status perfectus: *Taenia Echinocoecus* sp. 49.

De larvis metageneticis, quarum status perfectus hactenus ignotus est, confer expositionem ad finem Taeniarum.

TRIBUS II. CYCLOCOTYLEA PROCTUCHA.

Acetabula quatuor in capitis latere infero sita. Tractus cibarius simplex hinc ore illinc ano terminatus. Sexus discretus.

Familia XIII. Hypocotylea. Forma typica hucusque ignota.

TRIBUS I. CYCLOCOTYLEA APROCTA.

Acetabula 4 aut 8 opposita. — Nec tractus cibarius proprius, nec anus. — Androgyna.

Familia XI. Tetracotylea. *Dies.* Corpus articulatum. Caput corpore continuum vel collo discretum, acetabulis quatuor per paria vel singillatim oppositis. *Bothria* nulla, rarissime 4 auxiliaria ad collum sita. Aperturae genitalium marginales, rarius laterales. In Hominis et animalium vertebratorum, praecipue Mammalium et Avium intestinis. Evolutio directa (?) vel per metagenesin.

XXXII. TAENIA 1) LINNÉ.

Vesicaria Pullas. — *Alyselminthus* et *Halysis Zeder.* — *Fimbriaria Frölich.* — *Rhytelminthus Olfers.* — *Anoplocephala Blanchard.* — *Hymenolepis, Proteocephalus, Taeniarhynchus, Echinocoecifer Weinland.*

Corpus plano-depressum, taeniaeforme, rarissime teretiusculum, transverse plicatum vel articulatum. *Caput* corpore continuum vel collo discretum, subglobosum vel tetragonum, acetabulis quatuor per paria vel singillatim oppositis. *Os* terminale in fundo

1) Dispositio specierum generis *Taeniae* hujus loci non ab illarum similitudine reciproca sed ab affinitate animalium in quibus occurrunt petita est; hoc modo conspectus praesentiae Taeniarum in diversis Vertebratorum classibus et simul varii modi evolutionis horum vermium obtinetur.

Species, in quibus myzorhynchus est retractus, vel quarum coronula uncinulis fugacibus jam denudata est, vel quae articulis carent perfecte evolutis, extricatu difficillima.

cupulae vel in apice prominentiae conicae inermis vel armatae aut in apice proboscidis suctoriae s. myzorhynchi protractilis inermis vel armati¹⁾. *Aperturae genitalium* marginales secundae, alternae aut oppositae, rarissime laterales. — In Hominis et animalium vertebratorum praepriis Mammalium et Avium tractu intestinali, rarissime in vesica fellea. — *Evolutio* directa(?) aut per metagenesin²⁾.

Status larvae metageneticae: Blastocystis utricularis vel subglobosa, liquore limido turgida, rarius compressa, vel larvam unicam vel plures in pagina sua externa vel larvas numerosas in pagina sua interna producit. *Caput* larvarum subglobosum vel tetragonum, acetabulis quatuor oppositis et cupula vel prominentia conica terminali instructum simulque uncinulorum coronula duplici, rarius simplici vel triplici cineta vel nulla est exornatum. *Collum* breve in larvis, ad paginam externam blastocystidis exortis, cum capite in eam retractile. — In Hominis³⁾, Mammalium et quidem praepriis Ruminantium, Pachydermatum (Suum), rarius Simiarum, Carnivororum, Insectivororum vel Rodentium organis variis, excepto tractu cibario; rarissime in Avium cavo abdominis.

Conspetus formarum principalium larvarum per metagenesin ortarum.

Blastocystis, ex transformatione embryonis orta, extus aut intus gemmipara.

I. Blastocystis extus gemmipara (ectoblastocystis) in superficie sua larvam solummodo unam vel numerosas producit.

α. Blastocystis larvam solummodo unam producit (ectoblastocystis monocampa. Cysticercus, Acanthothrias et Piestocystis Auctorum).

1) Proboscis suctoria s. myzorhynchus Cephalocotyleorum organum identicum est cum proboscide Acanthocephalorum.

2) De ovulorum testa dura Taeniarum metagenesi subjectarum confer *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. 1864.

3) Larvae Cyclocotyleorum, metagenesi ortae, in corpore humano nonnisi casu inopinato occurrunt, nec ulteriorem metamorphosim subeunt. Nam quodsi *Taeniae Solium* ovula vel eorum embryones prorepti quodam casu in intestina hominis delati fuerint, eorum parietes mox aggrediuntur ac his perforatis, in alia organa ejusdem individui immigrant. Larvae ex his embryonibus enatae tunc solum perfectam evolutionem attingerent, quodsi caro humana larvis infestata ventriculum et intestina hominis ingrediretur, quod apud anthropophagos solum contingere facile intelliges. Idem partim valet de *Taeniae Echinococci* larvis, haud raro ac magno saepe numero in corpore humano occurrentibus, quum larvae summum evolutionis suae fastigium tunc solum nansicerentur, dummodo canis cadavere hominis Echinococci ex cruciati pasceretur: quo in casu et quidem rarissimo, ulterior earum evolutio in animal perfectum in intestinis canis progrediretur.

1. Blastocystis e transformatione embryonis orta, liquore repleta, transparentis, subglobosa, ovalis, transverse elliptica vel subcylindrica. Caput larvæ terminale quadrangulare, acetabulis quatuor angularibus, antice in conulum brevem, (rostellum Auct. r.) elevatum, uncinulorum corona duplici, rarissime triplici cinctum. Os in apice conuli capitatis; caput cum collo in blastocystidem retractile.

Evolutio larvæ: Blastocystidis pars antica intussusecipitur et ad fundum intussuseptionis ex gemma oritur larva, demum eversa.

Alius modus propagationis interdum occurrens est: per cystides secundarias (*denterocystides, paidocystides, Tochterblasen*) proliferatione ad paginam externam vel internam partis posterioris vesicæ matricis (*protocystidis, metrocystidis, Mutterblase*) ortas cum vel sine larvis.

In Hominis, animalium ruminantium et Pachydermatum, rarius Simiarum, Carnivororum, Insectorum vel Rodentium organis variis, praesertim hepate, peritoneo, pleura, mesenterio, in cerebro, in corde, inter musculos, erraticè in camera anteriore oculi, sub conjunctiva, nec non in vesica urinaria, libere vel folliculo inclusa. (Cysticereus et Acanthotrias).

2. Blastocystis e transformatione embryonis orta, liquore repleta, transparentis, primum subglobosa dein oblonga. Caput larvæ terminale subglobosum acetabulis quatuor et eupula acetabuliformi terminali, echinorum deciduorum coronula simplici cincta; caput cum collo in blastocystidem retractile. — Vasa longitudinalia quatuor antice in anulum vascularem eupulam cingentem inserta.

Evolutio larvæ simili modo quam in praecedentibus.

Inter museulos praesertim thoracis et colli Vitulorum, cum articulis *Taeniae mediocanellatae*, ovula matura includentibus, pastorum. (Cysticereus *Taeniae mediocanellatae*.)

3. Blastocystis depressa oblonga, ut plurimum transverse rugosa, transparentis, marginibus integris, crenulatis vel crispatis. Caput larvæ terminale subtetragonum, acetabulis quatuor angularibus vel lateralibus oppositis, conulo uncinulorum corona simplici cincto vel, nec conulo, nec uncinulorum corona instructum; caput cum collo brevi in blastocystidem retractile.

Evolutionis larvæ modus ignotus.

Multiplicatio interdum fit per proliferationem in pagina externa partis posticae blastocystidis obtinentem.

In Quadrumanum, Rodentium et Carnivororum cavo pectoris et abdominis, rarius in Avium cavo abdominis et ad pulmones, libere v. folliculo inclusae. (Piestocystis.)

β. Blastocystis larvas numerosas producit (ectoblastocystis polycampa. Coenurus Auct. r.).

4. Blastocystis e transformatione embryonis orta, liquore repleta, transparentis, subglobosa, pagina sua externa larvas numerosas per gemmificationem producens. *Caput* larvarum tetragonum acetabulis quatuor angularibus,

antice in conulum brevem (rostellum Auctor.) elevatum, uncinulorum corona duplici cinctum. Os in apice conuli capitis; capita cum collis in blastocystidem retractilia.

Evolutio larvae: Blastocystidis pagina externa plurimis locis intussuscipitur et ad fundum eujuslibet intussuseptionis ex gemma oritur larva, demum eversa.

Multiplicatio blastocystidis interdum fit per partitionem spontaneam ope strieturae.

Num larvae interdum sponte deciduae in blastocystidem secundariam, num in locum opportunum delatae, in animalcula perfecta excrecant, observationibus directis hucusque deficientibus, adhuc incertum.

Blastocystis plerumque solitaria occurrit in Mammalium, praesertim Ruminantium, ventriculis cerebri, rarissime et tunc solummodo erraticae in spina dorsali, folliculo membranaceo inclusa, serius quandoque libera.

II. Blastocystis intus gemmipara ad paginam suam internam larvas numerosas producit (endoblastocystis polycampa). (Echinococcus Auctor.)

5. Vesica liquore limpido repleta, intus gemmipara. Vesica duplicis originis; vesica primaria (*protocystis*, s. *metrocystis*, *Mutterblase* Bremser), ex transformatione embryonis directa, vesica secundaria (*deuterozystis* s. *paidocystis*, *Tochterblase* Bremser), minime ex transformatione embryonis sed alio modo oritur.

Caput larvarum subglobosum acetabulis quatuor instructum, antice in conulum brevem (rostellum Auctor.) elevatum uncinulorum corona duplici est cinctum. Os in apice conuli capitis.

Evolutio ex protocystide duobus stadiis absolvitur.

In stadio primo s. illo ante evolutionem larvarum (Acephalocystidibus Laennec) vesica, diametri $\frac{1}{20}$ ''' usque ad magnitudinem cerasi aucta, cuticulam stratis concentricis contextam offert, eujus pagina interna membrana germinativa granulosa ac reticulo denso massae homogeneae instructa vestitur, liquorem limpido in cavo suo centrali recludit. Versus finem hujus stadii pagina interna membranae germinativae ciliis vibrantibus acute conicis basi que inflatis est obsessa et in cystidibus, magnitudinem cerasi attingentibus, corpuseula calcarea in pagina interna membranae germinativae occurrunt.

In stadio secundo s. evolutionis larvarum (Echinococci scolieiparientibus Kùchenmeister) vesica magnitudinem nucis avellanae majoris vel nucis juglandis minoris ut plurimum est naeta. Granula membranae germinativae variis locis accumulata prominentias sensim elongatas subelavatas breve pedicellatas, extus ciliis vibrantibus obsessas, producant. Haec prominentiae ulterius membrana interna indutae ac liquore repletae capsulas germinativas, (Brutkapseln Leuckart, Nestblasen Eschricht) formant. Ad paginam internam (teste Naunyu), externam (fide Huxley et Leuckart), sensim evoluitur gemma clavaeformis vel pyriformis breve post in larvam transformata, quae tunc extremitate sua libera collari annuliformi cincta et, retro collare, echinis deciduis in series plures transversales dispositis armata cernitur. Echini serierum

duarum anteriorum demum in uncinulos coronae duplicis transformantur. Uncinuli capitis 32—50. *Acetabula* primum plaua demum concava, limbo calloso. Larva dein non immediate, sed ope styli brevis, capsulae germinativae insidet. Vasa duo stylum cavum percurrentia, extremitate anteriore in larvam continuantur, ubi singula in ramos duos divisa, vasis capillaribus intus ciliis vibrantibus instructis juncta, pone coronam uncinulorum anulum vascularem efformant, extremitate vero sua postica paginam externam capsulae germinativae, imo mediante stylo paginam internam vesicae matricis petunt. Corpuscula calcarea magis magisque copiosiora adparent. Larvae juveniles intus caeve interdum evertuntur, quo fit quod pagina interna nunc exterior redditur, et tunc extremitate libera in cavum vesicae matricis prominent. In larvis magis provecitis nonnunquam intussuseipitur pars anterior in partem posteriorem inflatam, tunc supra anteriorem retractam clausam.

In capsula germinativa primum gemma unica, hac proveciore, tunc secunda, demum tertia et sensim plures in vario evolutionis gradu versantes prostant.

Alius modus propagationis est *deuterocystidibus* s. hydatidibus illis, quae magno saepe numero haud raro in liquore protozystidum, pomi magnitudinem attingentium, occurrunt ac protozystidibus juvenilibus simillimae sunt. Deuterocystidum ortus triplex:

Evolutio ex larvis: In protozystidibus larvae vel libere in liquore vesicae natantes vel in capsula germinativa inclusae interdum forma mutantur ac per metamorphosin retrogradam in hydatides secundarias transformantur.

Evolutio deuterocystidem e capsulis germinativis: Membrana hyalina cavum centrale capsulae germinativae vestiens in cuticulam, stratis concentricis contextam, transformatur et larvae intra capsulam jam formatae resolvuntur. Hydatidis secundaria ita formata a membrana germinativa mox separatur. — Interdum cavum centrale capsulae germinativae strictura in cava duo separatur et nunc in cavo uno, nunc in ambobus hydatidis secundaria formatur; non raro in hydatidibus secundariis, capsula germinativa adhuc inclusis, larvae cuticula munitae occurrunt, ex quibus probabiliter hydatides tertiariae prodire videntur.

Evolutio deuterocystidum directa e protozystidis membranae germinativae pagina externa: Hydatides secundariae inter cuticulae strata occurrunt, (secundum cl. Naunyn) nec in cuticula ipsa (quod cel. viri Kühn, Lövinson et Leuckart opinati sunt), sed in diverticulis membranae germinativae protozystidis in cuticulam protractis, vel inter plicas conglutinatas protozystidum collapsarum enascuntur. Hydatides illae, demum magnitudinem pisi naetae, strata relaxata cuticulae protozystidis rumpunt ac hac via nunc in ejus superficiem externam (fide Leuckart) perveniunt vel ejus cavum intrant.

Ortum hydatidum tertiariarum ex intussuseptione et constrictione parietis hydatidum secundariarum observasse cl. Eshricht affirmat.

Denegat cl. Naunyn, larvas e *deuterocystidibus* ortas forma ac unicinulorum numero differe ab illis, e protoeystidibus ortis, quod cl. Küchenmeister contendebat.

Endoblastocystides polycaepae in Hominis, Simiarum, Ruminantium, rarius Pachydermatum visceribus variis, praesertim hepate et pulmonibus, vel erraticae in cerebri ventriculo, inter retinam et choroideam, obviae, plerumque numero plures in folliculis membranaceis inclusae occurrunt, rarius liberae.

Taeniarum larvae cum blastocystide in aliorum animalium praesertim carnivororum tractum cibarium cum alimentis translatae, dissoluta blastocystide in animalia perfecta evolvuntur.

Larvae generis memorati praesertim animalia herbivora domestica, nec non raro animalia tam herbivora quam carnivora theriotrophis inclusa infestant. Constat ex observationibus cl. Job. Natterer, indefessi Helminthum collectoris ac peregrinatoris in Brasilia, qui spatio 18 fere annorum, quo degebat, animalium sane millena in hanc finem examinavit, numerum Taeniarum jam perfecte evolutarum ibidem longe multo esse majorem quam larvarum, quas nonnisi sub Cysticereorum forma, attamen rarissimas, occurrentes vidit.

Conspectus dispositionis specierum huc spectantium.

SUBGENUS I. ARHYNCHOTAENIA. Myzorhynchus nullus. Os nunc in fundo cupulae capiti immersae vel prominulae, inermis vel armatae, nunc in apice prominentiae capitis inermis vel armatae collocatum.

α. Os in fundo cupulae inermis vel armatae.

* Cupula inermis sp. 1—37.

** Cupula armata sp. 38—39.

β. Os in apice prominentiae capitis inermis vel armatae.

* Prominentia capitis inermis sp. 40.

** Prominentia capitis armata sp. 41—57.

SUBGENUS II. RHYNCHOTAENIA. Os in apice myzorhynchi protractilis inermis vel armati.

α. Os in apice myzorhynchi inermis sp. 58—71.

β. Os in apice myzorhynchi armati sp. 72—124.

Species inquirendae 1—9.

SUBGENUS I. ARHYNCHOTAENIA. Os nunc in fundo cupulae capiti antice immersae vel prominulae, inermis vel armatae, nunc in apice prominentiae capitis conicae inermis vel armatae.

α. Os in fundo cupulae capiti antice immersae vel prominulae, inermis vel armatae — Hominis, Mammalium, rarius Avium et Piscium, rarissime Amphibiorum endoparasyta. — Evolutio metagenetica solummodo in Homine cognita.

* Cupula inermis.

I. *Taenia mediocanellata* KÜCHENMEISTER.

Caput magnum cupula terminali¹⁾, acetabulis anticis magnis plerumque nigrescentibus. *Collum* subnullum. *Articuli* anteriores exquisite emarginati, triplo latiores quam longi, posteriores usque ad triplum vel quadruplum longiores quam lati. *Aperturæ genitalium* magnae, tumidulae, marginales, irregulariter alternantes, in posteriore articuli parte. *Penes* laeves, falciformes. Longit. ad 12', longit. articul. primorum $\frac{1}{2}$ "', subsequentium $4\frac{1}{2}$ —7"', posterium 1— $1\frac{1}{4}$ "; latit. articul. prim. $1\frac{1}{2}$ "', subsequentium 5— $8\frac{1}{2}$ "', poster. 3—4"'.

Uterus: canalis rectus crassus in medio articulorum, ramis lateralibus 20—35, indivisis vel dichotomis. Nomen a forma uteri a cl. auctore depromptum. — Ovula ovalia, testa dura.

Bruce: Voyage en Nubie, en Abyssinie pendant les années 1768—1773 trad. d. l'angl. Paris 1791 IX. 117 (Taeniarum ortus copiosus e carne cruda vulgo consumta).

Taenia dentata Nicolai? in Ammons N. Zeitschr. f. Natur- u. Heilk. I. 464.

Taenia solium Bremser: Lebende Würmer 97—198 partim Tab. III. (solummodo Fig. 13 et 14). — *Knox*: in Frolicp's Notizen 1822, 122. (De Taeniarum apparitione frequentissima in Cafraria e carne bovium exhaustorum comesta.) — *Aubert*: Memoires sur les substances anthelminthiques useés en Abyssinie in Mem. de l'Acad. Roy. de Med. IX., (1841) 698 (de frequentia Taeniarum ex abusu carnis crudae comestae). — *Wawruch*: in Jahrb. d. österr. Staates 1841, 142 ex. in *Wieg.* Arch. 363 (generalia) — et ej. Prakt. Monogr. d. Bandwurmkrankh. 1844, 34 (Taenias solummodo inermes observavit). — *Rochet*

¹⁾ De cupula terminali Taeniae mediocanellatae adultae confer *Leuckart*: Mensch. Parasit. I. 411.

- d'Hericourt*: Second voyage sur les deux rives de la mer rouge 1846. — *Ferret et Galinier*: Voyage en Abyssinie 1847. II, 109. — *Weisse*: in Journ. f. Kinderkrankh. XVI. 1851, 384 (de praesentia Taeniarum in infantibus cum carne bovina cruda nutritis, Petropoli; observationes similes etiam in Germania cl. *Harnier*, *Schmidt* et *Leuckart* fecerunt. *Leuck.* Menschl. Parasit I. 293). — *Seeger*: Die Bandw. des Menschen 1852. 15. Tab. I. (solummodo fig. 5 et 7). — *Anderson et Gordon*, in Medic. Times and Gaz. 1857, N. 357; Mat. et Pharmaceutical Journ. and Transact. 1858. XVII. 409. — *Leuckart* in *Troschei's Arch.* 1858. II. 127 (Praesentia Taeniae in militibus Indiae orientalis ex observationibus cl. virorum *Anderson* et *Gordon* a victu animali dependet). — *Barclay*: in Medic. Times 1859. March. 26; extr. *Leuckart*: in *Trosch. Arch.* 1860, II. 139 (de nexu inter Taeniae praesentiam et nutritionem cum carne cruda vel semicruda versante). — *Karschin*: in Petersb. med. Ztg. 1861. 366 (de praesentia frequentissima Taeniarum apud Buraetos carne cruda Boum, Ovium, Camelorum et Equorum nutritis. — *Davaine* Traité des Entozoaires XXX et 91—92 (notitiae de origine Taeniarum in infantibus cum carne bovina cruda nutritis).
- Ndak-^c/_n *Tutschek*: Medic. Zustände in Tumale 15.
- Eothriocephalus tropicus* *Schmidtmüller*: in Hannover'sche Annal. Jahrg. VII. 1847. Heft 5 et 6, 602.
- Taenia lata* *Pruner*: Krankheiten des Orientes 1847, 245. — *Tutschek*: in Ausland 1853. N. 2.
- Taenia humana inermis* *Brera*(?) Lezioni 12. Tab. I, 4, 5, 7, 9, 12—15 (ic. Bonn); ej. Mem. 81. Tab. I, 15 et 16. — *Knoch*: in Mem. Acad. St. Petersb. 7 ser. V. 1862, 131.
- Taenia medioaenellata* *Küchenmeister*: in Deutsche Klinik 1852. 9. — Idem in Prager Vierteljahrschr. et ej. Cestoden 1853 107—120 et 126. Tab. I. 5, 12, 13; Tab. II, 3—6; Tab. III, 1—3, 5—6. (Vermis et ejus partes). — Idem Parasit. I, 88—93. — *Beneden* in Bullet. Acad. Belgique 1856; Institut 1856. 229. — *Leuckart*: Blasenbandw. 1856, 65—66. — *Bilharz*: in Zeitschr. Gesellsch. Ärzte Wien 1858, I, 28 (de *Taenia inermi* Aethiopum et Abyssiniorum). — *Weinland*: Essay on the Tapeworms 40 c. fig. — Idem in Correspondenzbl. d. württemb. ärztl. Vereines XXIX. 1859, 31 et in *Trosch. Arch.* 1859 II. 177 et 1860. II. 140. — *Gervais et Beneden*: Zool. medic. II, 242—243. — *Davaine*: Traité des Entoz. 1860. XXX. c. fig. — *Beneden*: Iconogr. des Helminthes 1860. Tab. II. 1—6. — *Mosler*: Helminthologische Studien und Beobachtungen 1864, 1—22 (de differentiis specificis inter *T. medioaenellatam* et *T. solium*).
- Taenia Laverlochère*: in Annal. de la propagat. de la foi 1852, Jan.

Taenia (*Cystotaenia*) *mediocanellata* *R. Leuckart*: in Nachrichten v. d. G. A. Univers. u. k. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen 1862. 15. — *Idem*: Menschl. Parasit. I. 224 et 285—306 c. fig. xylogr. et 748 (de *Taeniis* apud *Buraetos*) 749.

Taenia solium var. *mediocanellata* *Diesing*: in Sitzungsab. d. k. Akad. XIII. 1854. 614.

?*Taenia* vom Cap der guten Hoffnung *Küchenmeister*: Parasiten I. 93. — *Weinland*: in Trosch. Arch. 1859, I. 278 (num varietas vel monstrositas *Taeniae solium* vel *T. medicanellatae*?).

Taeniarhynchus medicanellatus *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. 1861. 18 (de ovulorum testa dura et de differentia a *Taenia solium*).

Statu larvae: *Caput* subglobosum, acetabulis quatuor et cupula acetabuliformi terminali (rostello *Leuck.*), limbo coronula echinorum deciduorum simplici cincta. *Collum* transverse rugosum. *Blastocystis* primum subglobosa, dein oblonga. Longit. capitis cum collo ultra $1\frac{1}{2}$ —2''', longit. blastocyst. $1\frac{1}{2}$ —4'''; latit. $\frac{1}{2}$ '''.

Vasa longitudinalia quatuor larvae antice in annulum vascularem inserta.

Cysticereus Taeniae medicanellatae *Davaine*: in Compt. rend. L. (1860), 367 (Cl. *Küchenmeister* conjectura de larva in sue). — *Huber*: in Bericht des naturhist. Vereines in Augsburg 1860. 27 (opinio de praesentia *Cysticerci*. *Taeniae medicanellatae* in Bove Tauro). — *Leuckart*: in Trosch. Arch. 1861. II. 279 (de *Cysticercis* *Taeniae medicanellatae* e musculis et visceribus vitulorum). — *R. Leuckart*: Menschl. Parasiten I. 291—297, 406—414 (de evolutione), 747 (novum experimentum), et 748 (de opinione circa larvam a. cl. *Küchenmeister* exposita. — *Mosler* l. s. c. 1—22, Tab. I, II (de larvis translatione ovulorum cum articulis *Taeniae medicanellatae* *Hominis* in vitulo ortis).

Habitaculum. Statu perfecto: Homo: in Austria (*Bremser* et *Wawruch*), in Hollandia, Saxonia, Würtembergia et ad littora maris baltici et germanici (*Küchenmeister*), in Dania (*Krabbe*), Francoforti ad Moenum (*Schmidt*), Petropoli: in infantibus cum carne bovina cruda nutritis (*Weisse*), in Belgia (*Beneden*), in Francogallia et Syria (*Davaine*), in *Buraetis* ad lacum *Baikal* habitantibus, *Irutzkia* (*Karschin*), in India orientali (*Anderson* et *Gordon*), in *Batavia* in *Aethiopia* (*Schmidtmüller*),

per totam Abyssiniam abunde sed solummodo in Hominibus carne cruda nutritis, nunquam in illis carnem crudam respicientibus (Bruce, Rocher d'Hericourt, Ferret et Galinier et pl. alii), in Africa centrali apud Tumulos, quibus Ndak- $\frac{e}{n}$ audit teste Djalo Djodan Are apud Tutschek, in montibus Syriae prope Aleppo, in montibus Assir in Arabia, in Abyssinia et in regionibus a stirpe Aethiopica inhabitatis. frequens, numquam in Egypto (Pruner), in Cafraria (Knox), ad promontorium bonae spei in Hottentotto (Rose), in Africa australi (teste Leuckart), in America boreali ad littoria lacus Abbi apud aborigines frequentissime (Laverlochère) etiam in mulatto (Weinland).

Statu larvae: Bos Taurus: inter musculos, in corde, cerebro, capsulis renalibus et ad vasa lymphatica vitulorum cum articulis Taeniae mediocanellatae, ovula matura includentibus, pastorum (Leuckart), inter vituli musculos corporis, diaphragmatis, cordis, linguae et peritonei (Mosler).

Metamorphosis embryonis in blastocystidem larvigeram intra spatium trium mensium absolvitur (teste Leuckart: Parasit. I. 410); tempus evolutionis larvae in animal perfectum hucusque ignotum.

Var. abletina WEINLAND.

Taenia solium var. abietina Weinland: Essay on tapeworms of man 43. —

Idem: in Trosch. Arch. 1859. I. 28 (sine descript.) — Idem in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. 1861. 5 et 12—14. Tab. V. 18—20.

Taenia mediocanellata Leuckart: Menschl. Parasit. I. 289 c. fig. xylogr.

Habitaculum. Homo: in Indico (*Chippewe*) lacus superioris (Agassiz).

Fragmentum acephalum aliquot pedum.

Num varietas, num species propria?

Taenia tenella PRUNER nec PALLAS.

Aperturæ genitalium secundae. Longit. 6'; latit. articul. ultimorum 3—3½".

Taenia tenella Pruner: Krankh. des Orients 1847, 245 (in nota).

Habitaculum. Simul cum Taenia lata (T. mediocanellata).

2. (15) *Taenia megastoma* ¹⁾ *DIESING*: Syst. Helm. I. 503 adde:

Idem: in Denkschr. d. k. Ak. XII. 33. Tab. V. 16—20.

Habitaculum. In *Simiarum* Brasiliensium intestinis.

3. *Taenia melanocephala* *BENEDEN*.

Caput cum acetabulis nigrescens. *Articuli* primi collo multo latiores. Longit. $4\frac{1}{2}''$.

Taenia melanocephala *Beneden*: Mem. Vers intest. 162.

Habitaculum. *Simia Maimon*: in intestinis, specimen unum (*Beneden*).

4. (11) *Taenia litterata* *BATSCH* — *DIESING*. Syst. Helm. I. 501 adde:

Molin: in Sitzb. k. Ak. XXX. (1858), 138 et in Denkschr. XIX. 250. — *Leuckart*: Blasenbandw. 66 Anmkg. (de absentia prominentiae conicae capitis). — Idem: in Trosch. Arch. 1859. II. 177.

Habitaculo adde: *Canis Vulpes*: in intestino tenui, Martio, Patavii (*Molin*).

5. *Taenia oligarthra* *DIESING*.

Caput tetragonum, cupula terminali limbo circulari, acetabulis lateralibus in dimidia postica capitis parte. *Collum* capite brevius. *Articuli* corporis 3—4, ultimus ellipticus, tota longitudine ovulis faretus. *Apertura* una *genitalis* marginalis in anteriore articuli ultimi parte, altera . . . Longit. total. $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}'''$ latit. artic. ultimi $\frac{1}{3}'''$.

Taeniae crassicollis juvenecula *Diesing*: Syst. Helm. I. 519 (in nota ad calcem habitaculi).

Taeniolae *Felis concoloris* *Leuckart*: Blasenbandw. 56.

Habitaculum. *Felis concolor*: in initio intestini tenuis, simul cum *Taenia* crassicolli copiose, Junio in Brasilia (*Natterer*).

Species haec numero exiguo articulorum (3—4) quam maxime ad *Taeniam Echinococcum* *Canis* familiaris et *T. proglottinam* *Phasiani* *Galli* accedit.

1) Id quod pridem os limbo amplo calloso nominavi, est oris vestibulum, seu cupula nonnullorum auctorum, capiti antice immersa; cesticillus *Molin*.

6. (16) Taenia angustata RUDOLPHI — DIESING. Syst. Helm. I. 503 adde:

Aperturae genitalium laterales.

Taenia angustata R. — *Wedl.*: in Sitzb. d. kais. Akad. XVIII. (1855), 23. Tab. III. 42, 43.

Habitaculum. Meles Taxus: in intestinis, autumno (Bremser).

7. (8) Taenia omphalodes HERMANN — DIESING: Syst. Helm. I. 500 adde:

Aperturae genitalium vage alternae (Stieda).

Taenia omphalodes Stieda: in Trosch. Arch. 1862. I. 200. Tab. VIII. 1—4 (de org. genital. et illorum evolut.

Habitaculum. In *Lemmorum* intestinis — *Lemmus arvalis*: in intestino tenui Dorpati (Stieda).

8. Taenia umbonata MOLIN.

Caput subglobosum, cupula obsoleta, acetabulis circularibus cruciatim oppositis. *Collum* longum angustatum. *Corpus* retrorsum dilatatum, articulis supremis quadratis, posterioribus oblongis, imbricato-perfoliatis, ultimis bacillaribus. *Aperturae genitalium* marginales vage alternae. Longit. fere $3\frac{1}{2}$ " latit. $\frac{1}{4}$ ".

Taenia umbonata Molin.: in Sitzb. d. k. Ak. XXX. (1858), 138. — *Idem*: in Denkschr. XIX. 250. Tab. VI. 8, 9.

Habitaculum. Mus Musculus: in intestino tenui, Novembri Patavii (Molin).

9. (13) Taenia pusilla GOEZE — DIESING: Syst. Helm. I. 502 adde:

Leidy: in Proceed. Acad. Philad. VII. (1855), 443 et VIII. (1856), 46. — *Spencer Cobbold*: in Proceed. Zool. Soc. London 1861, 119.

Taenia pusilla Goeze? *Stieda*: in Trosch. Arch. 1862. I. 205.

Habitaculum. Mus decumanus: haud infrequenter in Pennsylvania (Leidy). — *M. Rattus*: specimen ultra 20" longum, Januario, Londini (Cobbold). — *Lemmus arvalis*: in intestino tenui, Dorpati (Stieda).

10. (3) Taenia pectinata GOEZE — DIES.: Syst. Helm. I. 498 adde:

Bellingham: in Ann. nat. hist. XIV. 318. — *Diesing*: in Sitzb. d. k. Akad. XIII. 1854, 602. — *Leidy*: in Proceed. Acad. Philad. VII. (1855), 443 et VIII. (1856) 46.

Anoplocephala pectinata Blanchard: in Annales des sc. nat. 3. ser. X. 346. Tab. XI. 6 (juv.) de pull.

Habitaaculo adde: *Lepus Cuniculus* ferus: in intestinis tenuibus, in Hibernia (*Bellingham*), Parisiis (*Blanchard*). — *Lepus sylvaticus*: in intestino tenui, fragmenta octo in America septentrionali (*Schafhirt*).

11. Taenia laticephala LEIDY.

Caput magnum antice vix prominulum, acetabulis oppositis, prominentibus magnis hemisphaericis. *Collum* breve. *Articuli* anteriores breves parallelepipedo, posteriores subquadrati. *Aperturæ genitalium* marginales alternæ. *Penes* elongato-conici. Longit. 7'', latit. max. $\frac{3}{4}$ ''', latit. capit. $\frac{1}{2}$ ''', colli $\frac{1}{4}$ '''.

Taenia laticephala Leidy: in Proceed. Acad. Philad. VII. (1855), 443 et VIII. 1856. 46.

Habitaaculum. Hystrix dorsata: in intestinis tenuibus, in America septentrionali (*Leidy*).

12. Taenia tetragonocephala BREMSER.

Diesing: in Denkschr. d. k. Ak. XII. 34. Tab. VI. 1—5.

Habitaaculum. Myrmecophaga bivittata: Junio et Augusto. — *M. jubata*: Februario, Martio, Aprili et Octobri: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*).

13. Taenia globeiceps DIESING:

In Denkschr. d. k. Akad. d. Wissensch. XII. 25. Tab. VI. 10—14.

Habitaaculum. Tapirus americanus: in intestinis tenuibus, Aprili et Augusto: in Brasilia (*Natterer*).

14. Taenia decrescens DIESING:

In Denkschr. d. k. Akad. XII. 34. Tab. 6—9.

Habitaaculum. Dicotyles albirostris: Julio. — *D. torquatus*: Augusto: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*).

15. (6) Taenia perfoliata GOEZE. — *DIES.* Syst. Helm. I, 499 adde:

Cl. *Blanchard* individua juvenilia organibus genitalibus nondum evolutis observavit. — Embryo antrorsum uncinulis sex armatus, retrorsum angustatus, postice furcatus *Wedl.*

Anoplocephala perfoliata *Blanchard*: in Regne anim. nouv. edit. Zooph. Tab. XXXIX, 2 et: in Annal. des sc. nat. 3. ser. X. 345 (de syst. nerv. et de pullis).

Taenia perfoliata *Goeze* — *Dies.*: in Sitzb. d. k. Ak. XIII. 602. — *Wedl.*: ibid. XVI. (1855), 398. et 407. Tab. I^b 5 (de ovulis et de embryone).

Habitaculum: *Equi Caballi* intestina.

Capite suo quadrilobo cum *Taenia gigantea* *Peters* (sp. 40, e Rhinoceronte) typum fortasse generis proprii, jam a cl. *Blanchard* nomine *Anoplocephali* salutati, format.

16. (10) Taenia fimbriata *DIESING*: Syst. Helm. I. 501 adde:

Idem: in Denkschr. d. k. Ak. XII. 32. Tab. V. 9—15.

Habitaculum: *Cervorum* brasiliensium intestina.

17. (1) Taenia expansa *RUDOLPHI*. — *Dies.* Syst. Helm. I. 497 adde:

Bellingham: in Ann. nat. hist. XIV. 318. — *Dies.*: in Sitzb. XIII. 602. — *Dressler*: in Gurlt et Hertwig Magaz. f. d. ges. Thierheilk. XXI. 1855. 238—241 (de epizootia). — *Leidy*: in Proceed. Acad. Philad. VII. 1855. 443.

Habitaculo adde: *Capra Aries*: in intestinis, in Hibernia (*Bellingham*). — *Bos Taurus*: in intestino tenui, fragmentum bipedale, in Pennsylvania (*Leidy*).

18. (21) Taenia perlata GOEZE. — *Dies.* Syst. Helm. I. 505 adde:

Taenia margaritifera *Creplin*: in Trosch. Arch. 1851. I. 282.

Taenia perlata *Goeze* — *Dies.*: in Sitzb. XIII. 602.

Habitaculo adde: *Falco Milvus*: in intestinis, Junio. Gryphiae (*Creplin*).

19. (24) Taenia globifera *BATSCH*. — *Dies.* Syst. Helm. I, 506 adde:

Molin: in Sitzb. d. k. Ak. XXX. 1858. 136. — Idem: in Denkschr. XIX. 251. (charact. reform. et de identitate cum *T. Flagello* *Goeze*).

Habitaculo adde: *Falco rufus*: in intestino tenui, Januario, Patavii (Molin).

Cel. *Rudolphi* in nonnullis individuis hujus speciei ex variis animalibus lectis, caput sine, in aliis cum prominentia (rostello brevi) observavit.

20. Taenia pestifera LEIDY.

Caput parvum collo continuum, acetabulis terminalibus, obliquis, parum prominentibus, hemisphaericis, ore haud prominulo. *Collum* longum. *Articuli* cuneati, anteriores breves, lati, posteriores longiores. Longit. specim. ex *Molothro* $1\frac{1}{2}$ —2", latit. max. $\frac{2}{5}$ ''; longit. specim. ex *Dolichonyxe* $4\frac{1}{2}$ ", latit. max. $\frac{2}{3}$ ''.

Taenia pestifera Leidy: in Proceed. Acad. Philad. VII. (1855) 443 et VIII. (1856) 46.

Habitaculum. *Molothrus pecoris*: in intestino tenui, specimina tria (Baird). — *Dolichonyx oryzivora*: in intestino tenui, specimen unum (Schafhirt), in America septentrionali.

21. Taenia Cantaniana POLONIO.

Caput globosum, cupula terminali umbonata, acetabulis cruciatim oppositis ob majorem capitis molem. *Collum* nullum. *Corpus* retrorsum dilatatum, articulis supremis campanaeformibus, sequentibus campanaeformibus imbricatis trapezoidalibus. *Aperturæ genitalium* marginales. Longit. ad. 7''.

Taenia Cantaniana Polonio: in Lotos 1860. 22.

Habitaculum. *Meleagris Gallopavo*: in intestino, Octobri, Patavii (Polonio).

Haec *Taenia* in speciminibus Gallopavonis 13, et quod excurrit, in Museo Caesareo Vindobonensi zoologico dissectis, nunquam reperta fuit.

22. (36) Taenia microps DIESING: Syst. Helm. I, 510 adde:

Taenia tumens Mehlis? — *Creplin*: in Erichs. Arch. 1846. I. 133 et 1851. I. 285.

Taenia microps Diesing: in Sitzb. d. k. Ak. XIII. 1854. 603.

Habitaculum: In intestinis *Tetraonis Urogalli*.

23. Taenia calva BAIRD.

Caput parvum rotundatum laeve, acetabulis . . . *Collum* constrictum. *Articuli* supremi angustissimi, subsequentes sensim latio-

res, medii septies latiores quam longi, demum longitudine incremente: et subquadrati, ultimi duplo fere longiores quam lati, omnes transverse striati. Longit. $5\frac{1}{2}''$, latit. capit. $\frac{1}{12}''$, latit. max. artic. $3\frac{1}{2}''$, latit. postice $\frac{1}{2}''$.

Taenia calva Baird: Catal. Entoz. Brit. Mus. 83. — Idem in Proceed. Zool. Soc. London 1853. 24. Tab. XXX. 1 1^a et in Ann. nat. hist. 2. ser. XV. (1855) 75.

Habitaculum. *Tetrao scoticus*: in intestinis (Mus. Brit.).

24 (35). *Taenia megalops* NITZSCH. — Dies. Syst. Helm. I. 510 adde:

Molin: in Sitzb. d. k. Ak. XXX. (1858) 138. — Idem: in Denkschr. d. k. Ak. XIX. 252.

Habitaculum: In *Anatidarum* Europae et Brasiliae intestinis. — *Anas Crecca*: in cavo abdominis, Novembri, Patavii (Molin).

25. *Taenia suliceps* BAIRD.

Caput tetragonum magnum, acetabulis anticis angularibus hemisphaericis binis, sulco interposito segregatis. *Collum* longum laeve. *Articuli* supremi breves, subsequentes longiores, infundibuliformes, angusti, marginibus undulatis, crenatis. *Aperturae genitalium* marginales secundae. Longit. fragmentorum ad 13".

Taenia suliceps Baird: in Proceed. Zool. Soc. London 1859. 111. t. 56. 1, 1^a, 1^b et in Ann. nat. hist. 3. ser. IV. (1859) 240.

Habitaculum. *Diomedea exulans*: in intestinis (Edw. Gerrard) Mus. Brit.

26. *Taenia rotundata* MOLIN.

Cum observatione circa evolutionem organorum genitalium ante corporis segmentationem.

Taenia rotundata Molin: in Sitzb. d. k. Ak. XXXVIII. (1859) 12. Tab. I. 1.

Habitaculum. *Podarcis muralis*: in intestino tenui, Majo, Patavii (Molin).

27. *Taenia lactea* LEIDY.

Caput parvum collo continuum, acetabulis anticis angularibus hemisphaericis. *Collum* mediocris longitudinis. *Articuli* anteriores transverse oblongi, posteriores longiores quam lati, quadrangulares,

angulis rotundatis. *Aperturæ genitalium* marginales indistinctæ. Longit. 16'', latit. $\frac{2}{3}$ ''.

Taenia lactea Leidy: in Proceed. Acad. Philad. VII. (1855), 444, VIII. 1856. 46.

Habitaculum: *Tropidonotus sipedon*: in intestinis; in Pennsylvania (Leidy).

28. *Taenia dispar* GOEZE — Dies. Syst. Helm. I. 511 adde:

Beneden: in Compt. rend. 1852, 2. semestre 788 et in Annal. des sc. nat. 3. ser. XX. 318. — Idem: in Bullet. Acad. Belgique XX. et Institut. 1854. N. 1059 (de evolut.). — *Diesing*: in Sitzungsber. d. k. Ak. XIII. 1854, 603. — *O. Schmidt*: in Halle Abhandl. V. 1—13; et in Zeitschr. für die ges. Naturw. Halle 1850, 430. — Idem ibid. 1855, 1—13. Tab. I, II, (cum anatom. et de evolut.). — *Leidy*: in Proceed. Acad. Philad. VII. (1855), 444 et VIII. (1856) 46 (de identitate *Taeniae pulchellae* cum *T. dispar*). — *Diesing*: in Denkschr. d. k. Ak. XII, 24. — *Beneden*: Mem. Vers. intest. 163. Tab. XXII. 4—15 (de evolutione peculiari hujus speciei, de introitu embryonis in corporis parenchyma, de forma embryonis et ovulorum, nec non de vesicula pulsatoria in ultimo articulo). — *Molin*: in Sitzungsber. d. k. Ak. XXXIII. 293. — *Idem*: in Denkschr. d. k. Ak. XIX. 252 (de segmentatione corporis non per gemmationem sed per constrictionem).

Taenia pulchella Leidy: in Proceed. Acad. Philad. V. 241.

Proteocephalus dispar Weinland: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 21. (de ovulorum testa duplici, exteriori mucilaginosa).

Habitaculo adde: *Rana temporaria*: in intestinis, in Belgia (*Beneden*); in intestinis prope Magdeburgum copiose, Augusto et Septembri (*O. Schmidt*). — *Bufo americanus*: in intestinis, specimina duo 6'' longa. — *Rana pipiens*: specimina quatuor, in Pennsylvania (*Leidy*). — *Menobranthus maculatus*: in intestinis, fragmenta acephala (*Agassiz*). — *Phryne (Bufo) vulgaris*: in intestino crasso, Martio, Patavii (*Polonio*).

In speciminibus e *Menobrancho maculato* aperturæ genitalium laterales et marginales alternæ, penes filiformes (*Leidy*).

29 (43). *Taenia ocellata* RUDOLPHI — Dies. Syst. Helm. I. 513 adde:

Aperturæ genitalium femineæ laterales. *Penes* marginales.

Taenia ocellata Rud. — *Siebold*: Lehrb. d. vergl. Anat. 147 (de aperturæ genital.). — Idem: Band- u. Blasenwürmer 43 (de individuis erraticæ in hepate occurrentibus cystide inclusis, corpore articulo, sed

organis genitalibus haud evolutis. — *Diesing*: in Sitzungsber. der kais. Akad. XIII. 603. — *M. Schultze*: in V. Carus Icones zootom. Tab. VII, 13 (anatom. juv.). — *Beneden*: Mem. Vers intest. 165 (de corpore inarticulato individuorum in intestinis Percae fluviatilis et de eorum vesicula pulsatoria).

Habitaculo adde: *Perca fluviatilis*: in intestinis, in Belgia (Beneden).

30 (41). Taenia ambigua DUJARDIN — *Dies.* Syst. Helm. I. 512 adde:

Proteocephalus ambiguus *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 21 (de ovulorum testa duplici, exteriori mucilaginosa).

Habitaculum. *Gasterosteus laevis*: in intestinis, Rhedoni (Dujardin).

31 (40). Taenia filicollis RUDOLPHI. — *Dies.* Syst. Helm. I. 512 adde:

Bellingham: in Ann. nat. hist. XIV, 319. — *Diesing*: in Sitzungsber. d. k. Ak. XIII, 1854, 603. — *Cobbold*: in Transact. Linn. Soc. XXII, 156. et 169. Tab. XXXI, 1 (secundum el. *Cobbold* animal imperfecte evolutum).

Proteocephalus filicollis *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 21 (de ovulorum testa duplici, exteriori mucilaginosa).

Habitaculo adde: *Gasterosteus aculeatus*: in intestinis, Julio, in Hibernia (*Bellingham*); in Anglia (*Cobbold*).

32 (46). Taenia macrophalla DIESING: Syst. Helm. I. 514 adde:
Idem: in Denkscr. d. k. Akad. XII. 35. Tab. VI, 15—21.

Habitaculum *Cichla Monoculus*: Julio et Octobri, in Brasilia (*Natterer*).

33 (45). Taenia torulosa BATSCH — *Dies.* Syst. Helm. I. 514 adde:

Taenia porulosa (sphaemate loco torulosa) *Beneden*: Mem. Vers intest. 162. et 371. Tab. XXII, 1—3 (de vesicula pulsatoria et de vasibus in illam excurrentibus).

Habitaculum. In *Cyprinideorum* speciebus variis, in Belgia (Beneden).

34 (42). Taenia longicollis RUDOLPHI. — *Dies.* Syst. Helm. I. 512 adde:

Siebold: Band- und Blasenwürmer 43 (de individuis erraticis in hepate occurrentibus cystide inclusis, corpore articulado sed organis genitalibus haud evolutis).

Habitaculum: In *Salmonidum* specierum variarum intestinis, rarius in hepate.

35 (44). Taenia macrocephala CREPLIN. — *Dies.* Syst. Helm. I. 513 adde:

Molin: in Sitzungsber. d. k. Akad. XXX. (1858) 138 et XXXVIII. (1859) 13. — *Idem*: in Denkschr. XIX. 252.

Habitaculo adde: *Anguilla vulgaris*: in intestino tenui, Decembri, in ventriculo, Martio, Patavii (*Molin*).

36. Taenia hemisphaerica MOLIN:

In Sitzungsber. d. k. Ak. XXXVIII. (1859) 14.

Habitaculum: *Anguilla vulgaris*, in intestino tenui, Novembri, Patavii (*Molin*).

37. Taenia gibbosa LEIDY.

Caput exiguum horizontaliter discoideum, acetabulis circularibus in disco dispositis, contiguis, ore haud prominulo. *Collum* longum latum et crassum. *Corporis* pars articulata brevis, articulis transverse oblongis, ultimo disciformi. *Aperturæ genitalium* . . . Longit. $1\frac{1}{3}$ " , latit. $1\frac{1}{3}$ " .

Taenia gibbosa Leidy: in Proceed. Acad. Philad. VII. (1855) 444 et VIII. (1856) 46.

Habitaculum. *Lamnae species*: ad littus occidentale Americae septentrionalis: in intestinis, specimina duo (*Le Conte*).

Num fortasse generi *Sciaodocephalo* affinis?

** *Cupula armata*.

38. Taenia proglottina DAVAINÉ.

Caput ovatum, *cupula* terminali ampla, limbo spinularum ultra 80 corona duplici cincta, acetabulis uncinulis minimis armatis.

Collum breve capite minus. *Corpus* bi- vel triarticulatum, articulo primo capite majore, secundo et tertio sensim multo majoribus. *Aperturæ genitalium* marginales alternæ in articulis duobus ultimis. Longit. vix $\frac{1}{2}$ ''.

Penis in vagina echinata. Ovula magna embryone vivacissimo. Articuli soluti cito increscunt et longitudinem statu expanso ultra $\frac{3}{4}$ '' attingunt, vivaces, Hirudinum more incedunt.

Taenia du Coq *Dujardin* in Annal. des sc. nat. 2. ser. XX. (1843) 342 (solum articuli).

Taenia proglottina *Davaine*: *Traité des Entoz.* X., XXIV. et XXXIX. Fig. 5 et 13.

Habitaculum. *Phasianus Gallus*: in intestinis (*Dujardin*), in duodeno copiose, Octobri, St. Amand in Francogallia (*Davaine*).

39. Taenia osculata GOEZE.

Caput subglobosum, cupula terminali prominente uncinulorum deciduorum corona quadruplici cincta, acetabulis hemisphaericis anticis. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui subquadrati. *Aperturæ genitalium* vage alternæ. Longit. 1—12'', latit. 1— $1\frac{1}{2}$ ''.

Taenia osculata *Goeze*. — *Dies.* Syst. Helm. I. 523. — *Wagener*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXIV. Suppl. 32—34 et 69. Tab. II, 25 (caput an. adulti. Tab. III, 26—29. — *Idem*: in *Natuurk. Verb. Haarlem* XIII. 94. Tab. III, 16 (de vesicula pulsatoria). — *Idem*: in *V. Carus*: *Icones zootom.* Tab. VII, 14 (reddita). — *Beneden*: *Mem. Vers. intest.* 165.

Statu larvæ. *Caput* illi animalis perfecti conforme sed inerme *Collum* retrorsum attenuatum, vesica pulsatoria postica.

Taenia osculata juvenis *Wagener* l. c. Tab. II, 23, 24.

Habitaculum. *Statu perfecto ac simul larvæ*: *Silurus Glanis*: Julio (*Goeze*), Majo et Octobri, *Gryphæ* (*Rudolphi*), hyeme et vere (*Bremser*), Junio, *Berolini* (*Wagener*), in Belgia (*Beneden*): in intestinis.

β. Os in apice prominentiæ conicæ inermis vel armatæ. — *Hominis* et *Mammalium*, rarius *Avium*, rarissime *Amphibiorum* endoparasa. Evolutio metagenetica in *Homine* et in *Mammalibus* nonnullis *carnivoris* cognita.

* Prominentia capitis inermis.

40. Taenia gigantea PETERS.

Caput magnum globosum quadrilobum, prominentia (rostello auctorum) inermi brevi rotundata conica, acetabulis crassis, mar-

gine postico libero. *Collum* subnullum. *Corpus* crassum lanceolatum, articulis brevissimis et latissimis, marginibus posticis excisis, angulis obtusis. *Aperturæ genitalium* marginales secundæ. *Penes* filiformes limbo globoso cincti. Longit. $4\frac{1}{2}''$, artic. max. $1\frac{1}{2}'''$; latit. max. ad $14'''$, diam. capit. $3'''$, latit. colli $2\frac{1}{2}'''$.

Taenia gigantea Peters, in Monatsber. der Berliner Akad. 1856, 469.

Habitaculum. Rhinoceros africanus: in intestino tenui, Mossambique (Peters).

Capite quadrilobo ad *Taeniam* perfoliatam (sp. 15) accedere videtur confer notam ad calcem hujus speciei.

** Prominentia capitis armata.

41 (47). *Taenia Solium* LINNÉ.

Caput subglobosum vertice haud raro nigrescens, antice in conuam brevem elevatum, uncinulis crassis 26 in coronam duplicem dispositis, acetabulis anticis. *Collum* filiforme. *Articuli* anteriores brevissimi, sensim longiores et tum quadrati, ultimi ovula matura includentes multo longiores quam lati, angulis obtusiusculis. *Aperturæ genitalium* marginales, irregulariter alternantes in posteriore articuli parte. Longit. 4—24' ut plurim. 6—9'; latit. 3—4'''.

Uterus: canalis tortuosus in medio articulorum, ramis lateralibus 7—10 dendritice ramosis. — *Ovula* subglobosa, testa dura.

Taenia Solium Linné—Dies.: Syst. Helm. I. 314¹⁾. — *Platner*: in Müller's Arch. 1838, Tab. I. 17 (anatom.). — *Bellingham*: in Ann. nat. hist. XIV. 321. — *Blanchard*: in Regne anim. nouv. (dit. Zooph. Tab. XXXIX. 1 et in Annal. des sc. nat. 3 ser. X. 329. — 337. Tab. XI. 1, XII. 3, 4 (cum anatom.). — *Dubini*: Entozoogr. umana 174—190. Tab. X. XI. — *Seeger*: Die Bandwürmer des Menschen 1852, 11—38. Tab. I. 1—8, 10—25; Tab. II. 18—23. — *Küchenmeister*: Cestoden 1853, 85—107 et 126. Tab. I. 1—4, 9^a, 9^b, 11. 15. Tab. II. 1, 2. — *Williams*: in Ann. nat. hist. 2. ser. XII. 348. Tab. XIII. 6 (de nutrit. et respirat.). — *Dies.*: in Sitzungsber. d. k. Ak. XIII. 1854, 603. — *Küchenmeister*: Parasiten I. 62—88. — *Leuckart*: Blasenbandw. 62—65. *Stein*: in V. Carus Icon. zoot. Tab. VII, 16, 17 a, b (ovulum). — *Beneden*: Mem. Vers. intest. 144—146 (de organ. genital.). — *Motiu*: in Sitzb. d. k. Ak. XXXVIII. (1859) 12. — *Platner*: in Müller's Arch. 1859, 275 bis 284. Tab. VI—VIII; extr. *Leuckart*: in Trosch. Arch. 1860, II, 136. —

1) Conspectum criticum litteraturæ circa *Taeniam Solium* et *T. medioanellatam*, in Systemate Helminthum adhuc promiscue tractatas, posteris recommendo.

Weinland: Essay on tapeworms of man 43. — *Idem*: in *Trosch. Arch.* 1859, I, 277. — *Gervais et Beneden*: *Zool. medic.* II, 247—260, fig. 165, 167, 168, 170—172. — *Davaine*: *Traité des Entozoaires* 1860, XXVI—XXX, fig. 15, 16. — *Van Beneden*: *Iconogr. des Helmint.* Tab. I, 1—10. — *Weinland*: in *Nov. Act. Nat. Cur.* XXVIII. (1861) 5 et 12—14, Tab. V, 18—20 (de ovulorum testadura). — *Leuckart*: in *Trosch. Arch.* 1861, II, 278 (de opinionibus cl. Davaine). — *Mosler*: *Helminthol. Studien u. Beobacht.* 1864, 3 (de differentiis specificis a *Taenia medioanellata*).

Taenia (Cystotaenia) Solium Leuckart: in *Nachrichten v. d. G. A. Universität und d. k. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen* 1862, 15—21. *Idem*: *Menschl. Parasiten*, I, 224 et 225—285 c. fig. (et de evolutione)

Statu larvae: Caput illi animalis perfecti conforme. *Collum* breve antice increscens cum capite in blastocystidem transverse ellipticam retractile. Longit. $\frac{1}{2}$ —6''', crassit. blastocystidis $\frac{1}{2}$ —1'''.

Cysticereus cellulosa Rudolphi. — *Dies.*: *Syst. Helm.* I, 486. — *Sendler*:

Cystic. cellul. monogr. Diss. inaug. Hal. 1843 cum Tab. (praecepit de syst. vas.). — *Bellingham*: in *Ann. nat. hist.* XIV, 398. — *Dubini*: *Entozoogr. umana* 198—206, Tab. XIV. — *Küchenmeister*: *Cestoden.* 1853, l. s. c. — *Dies.*: in *Sitzungsber. d. k. Ak.* XIII. 1854, 600. — *Stich*: in *Annalen des Charité-Krankenhauses* 1854, 170 (de *Cysticercis Hominis*). — *Beneden*: (lettre a M. Edwards) in *Annal. des sc. nat.* 4 ser. I. (1854) 104 (experimentum primum de evolut. *Cysticercorum* e *Taeniae solium* ovulis in Porcis). — *Siebold*: *Band- u. Blasenw.* 1854, 66 et 68, fig. 24, 25, 27, 28 et 86—89 (de evolutione *Cysticerci cellulosa* in intestino Canis in *Taeniam*, *Taeniae Solium* et *T. serratae* similem). — *Haubner*: in *Zeitschr. landwirthsch. Centralvereins* 1854, 52; 1855, 131 et *Extr. Halle, Zeitschr.* 1856, 306 (de ortu *Cysticercorum* ex articulis maturis *Taeniae* pastu in Sues translatis). — *Idem*: in *Gurlt et Hertwig Mag. f. d. ges. Thierheilk.* XXI. (1855) 100—111 (experimenta de ortu *Cysticercorum* in Suibus, et de evolutionis tempore duos menses superante). — *May* *ibid.* 322 (de *Cysticercorum* translatione per pastum ex Suibus in Canes). — *Graefe*: in ejus *Arch.* I. 453 et in litteris ad *Küchenmeister*. — *Küchenmeister*: *Parasiten* I, 62—88 (scolex *Taeniae solium*). — *Leidy*: in *Proceed. Acad. Philad.* VIII. (1856) 45. — *Leuckart*: *Blasenbandw.* 1856, 48, 65 et 142 (de evolut.) cum fig. — *Rainey*: in *Transact. Roy. Soc.* 1857, I, 111—127 c. fig. (de evolut.). — *Leuckart*: in *Trosch. Arch.* 1858, II, 127. — *Hirschler*: in *Gesellsch. d. Ärzte zu Pesth. Versamml.* 31. Oct. 1857. *Mitgeth. Wiener Zeit.* 6. Nov. 1857, N. 255. S. 31, 33. — *Graefe*: in *Zeitschr. f. Ophthalmologie* 1857, 308. — *Berthold*: de *Cysticercis cellul.* in oculo hom. *Dissert. Berol.* 1857. — *Nagel*: in *Med. Zeitg. des Vereins f. Heilk. in Preussen* 1858, N. 29. — *Beneden*: *Mem. Vers. intest.* 146 (de evolutione *Cysticerci cellulosa* in Sue ex ovulis *Taeniae*

Solium). — *Haubner*: in Bericht über das Veterinärwesen Sachsens 1858—1859, 99 (in cerebro emollito et medulla elongata plus quam 100 individua); extr. *Leuckart*: in Trosch. Arch. 1860, II, 139. — *Sangalli*: Del modo con il quale nel corpo umano presentansi i cisticerci e della loro genesi in Annali universali di Medicina fond. da Omodei, contin. del dott. Romolo *Griffini* Milano 1858. CLXIII. 259. — *Gervais et Beneden*: Zool. medic. I, 218 et 253 c. fig. — *Beneden*: Iconogr. des Helminthes 1860. Tab. I, 11—13. — *Davaine*: Traité des Entoz. XXI—XXIII c. fig. xylogr. — *Leuckart*: Menschl. Parasit. I, 228—250 c. fig. xylogr. (de evolutione) 745 (de blastocystide capite nondum evoluto) et 746 (de symptomatibus morbosis). — *Kniebusch*: in allg. land- und forstw. Zeitung. Wien, 1. März 1864 (de absentia Cysticercorum in carne Suum Serbiae et Valachiae cum seminibus Zeae Mais, et Suum Megalopolitanorum cum sero lactis et pisis pastorum; saepissime vero Cysticerci in Sue polono-pomerano, cum eluvie acidula, variis ciborum residuis vel Solano tuberoso nutrito occurrunt).

Habitaculum. Statu perfecto: Homo: in Germania, Anglia, Hollandia, in Gallia, ibidem rarissime simul cum *Dibothrio lato*, in Rossia rarior (*Peter Frank*), in Hibernia (*Bellingham*), in Lusitania et Brasilia (*Gomez*). In Anglo-Americanis et Aethiopia in America degentibus, in Pennsylvania (*Leidy*).

Statu larvae: Homo: erraticè in cerebro, inter musculos, rarius in corde (*Rudolphi* et plures alii ante et post illum), in camera anteriore oculi (*Soemmering*, *Schott*, *Larrey*, *Mackenzie*, *Berthold*, *Graefe*); Pestini (*Hirschler*), in corpore vitreo et in retina (*Graefe*) sub conjunctiva (*Cunier* et *Sichler*). — *Simia Inuus* et *S. rubra* (*Treutler*) — *S. Cephus* (*Bremser* et *Gurlt*), — *Canis familiaris*: in peritoneo (*Chabert* et *Hartwig*) *C. fam. fricator*: ad arachnoideam et in variis musculis (*Gurlt*). — *Ursus Arctos*: inter musculos (*Retzius*). — *Mus Rattus*: ad peritoneum (*Hartwig*). — *Sus Scrofa domestica* rarius fera: in cerebro et inter musculos (*Goeze*, *Rudolphi* et pl. alii), in Brasilia (*Natterer*) inter musculos in America septentrionali (*Leidy*) erraticè in oculo (*Hoeven* et *Nordmann*). — *Cervus Capreolus*: in musculis femoris (*Duby*).

Transformatio embryonis in blastocystidem larvigeram intra $4\frac{1}{2}$ menses (*Beneden*: in Annal. des sc. nat. 1854. I. 104); evolutio larvae in animal perfectum intra 2—3 menses absolvitur. *Küchenmeister*: Deutsche Klinik 1860 N. 20, *Humbert* et *Hollenbach*: experimenta in corpore proprio, *Leuckart*: Menschl. Parasit. I, 233—234.

Nota 1. Num larvae omnes ab Auctoribus sub nomine *Cysticerci cellulosa* memoratae revera ad *Taeniam Solium* pertineant, dubium videtur.

Nota 2. *Taenia Solium* praesertim hic frequentius occurrit, ubi caro suilla Hominibus nutrimentum consuetissimum suppeditat.

Nota 3. Corpus humanum *Taeniis* tum facillime infestari, quam primum comesta carne non bene cocta v. male assata v. imperfecte fumicata *Taeniarum* larvae, vita tenacissima praeditae, ventriculo ingeruntur, res est notissima ac nullis observationibus confirmata. — Confer circa hanc rem experimenta a cl. viris Küchenmeister ¹⁾, Leuckart ²⁾, Humbert ³⁾ et Hollenbach ⁴⁾ instituta cum *Cysticereo cellulosa* vivo Summ in tractum intestinalem Hominis cum cibis translato. Nec silentio praeteream observationem cl. Goesken, 1853 in *Deutsche Klinik* publicatam, de expulsione 41 *Taeniarum* ex uno homine, qui quotidie carnem suillam crudam, non raro cum *Cysticercis* cellulosa infectam, comedere solebat.

Nota 4. Occurrit quandoque, corpus humanum non solum individuis *Taeniae Solium* perfecte evolutis, tractum ejus intestinalem inhabitantibus, infestari, sed simul etiam ab ejusdem speciei larvis (variis animalibus vulgo familiaribus) exeruciari in aliis suis, quo degunt, organis. Casus sane rarissimus, ac unicus, qui mihi innotuit, quo comprobaretur, embryonum immigrationem erraticam, ast hac de causa frustraneam, huic vermium speciei simul esse concessam. Confer etiam notam hujus loci pag. 5.

42 (53). *Taenia crassicollis* RUDOLPHI.

Caput subquadrangulare antice cylindraceum, acetabulis angularibus anticis prominentibus. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes cuneati, ultimi longiores quam lati. *Aperiturae genitalium* marginales vage alternae. Longit. ad 1' et ultra; latit. med. ad 4''', ultim. artic. 2'''.

Taenia crassicollis Rudolphi — Dies.: *Syst. Helm.* I, 519. — Bellingham: in *Ann. nat. hist.* XIV. 321. — Siebold: in *Zeitschr. f. wissenschaftl.*

1) Küchenmeister: in *Wiener medic. Wochenschrift* 1855, Nr. 1. — Idem *Parasit.* 71 et in: *Annal. des sc. nat.* 4 ser. III. (1855), 377. — Idem: in *Deutsche Klinik* 1860, N. 20 (experimenta in Hominibus duobus capite damnatis).

2) Leuckart, *Blasenbandw.* 53 (experimentum ab Homine quodam proprio motu institutum).

3) Bertolus: *Diss. sur les metamorphoses des cestoides*, These de Montpellier, N. 106. Decemb. 1856. (Experim. a studioso genevensi Humbert proprio Marte institutum.)

4) In *Wochenschr. der Thierheilkunde und Viehzucht von Adam und Niklas II.* 301 et 353 (experimentum in se ipso factum). — De experimentis his confer etiam Gervais et Beneden: *Zool. medic.* II. 255—259. — Davaine: *Traité. d. Entoz.* XXVII. et Leuckart: *Menschl. Parasit.* I. 233—235.

Zool. II. 221 (de transform. e Cysticereco fasciolaris). — *Diesing*: in Sitzb. XIII. 1854. 604. — *Leidy*: in Proceed. Acad. Philad. VII: (1855) 443 et VIII. (1856) 46. — *Leuckart*: Blasenbandw. 55—57.. *Baillet*: in Annal. des sc. nat. 4 ser. X. (1858) 230—232. — *Spencer Cobbold*: in Transact. Linn. Soc. XXII. 1859. 165. — *Davaine*: Tr. d. Entoz. XXXVII—XXXVIII. — *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 18 (de ovulorum testa dura).

Taenia crassicolis? *Bellingham*: l. s. c. 322.

Taenia (*Cystotaenia*) *crassicolis* *Leuckart*: Menschl. Parasit. I. 224.

Statu larvae: Caput illi animalis perfecti conforme. *Collum* subnullum. *Blastocystis* fasciolaris non raro transverse plicata, postice in globulum tumens. Longit. tot. 1—4'' usque ad 7''; latit. $\frac{1}{2}$ —1'', diameter globuli blastocystidis postici 1—2'' et ultra. — *Blastocystidis* pars postica pagina interna interdum gemmipara (*Goeze*).

Cysticereus fasciolaris Rudolphi — *Dies.*: Syst. Helm. I. 491. — *Siebold*: in R. Wagner's Handwörterbuch d. Physiologie II. 1845, 650 et 676 (prima opinio de identitate Cysticerei fasciolaris cum *Taenia crassicolli* ¹⁾). — *Bellingham*: in Ann. nat. hist. XIV. 397. — *Blanchard*: in Regn. anim. nouv. edit. Zooph. Tab. XLI. 2. et in Annal. des sc. nat. 3. ser. X. 351 (cum anatom.). — *Siebold*: in Zeitschr. f. wissenschaftliche Zoologie II. 221 (de transformatione Cysticerei in *Taeniam crassicollem*). — *Diesing*: in Sitzb. XIII. (1854) 601. — *G. Wagener*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXIV. Suppl. 43 et 68. Tab. VI. 71—72 (statu primae evolutionis). — *Leuckart*: in Zeitschrift für wissensch. Zool. VI. (1854) 139 (de ortu C. fasciolaris ex ovulis *Taeniae crassicolis* Muris Musculi var. albae). — *Siebold*: Bandw. Blasenw. 70—72 ²⁾). — *Leidy*: in Proceed. Acad. Philad. VIII. (1856) 45. — *Leuckart*: Blasenbandwürmer 1856, 39—41 (de evolutione larvae), 56 et 143. (de evolut.) Tab. II. 1 a, b (uncinuli). — *Baillet*: in Annal. des sc. nat. 4 ser. X. (1858) 230—232. — *Spencer Cobbold*: in Transact. Linn. Soc. XXII. 1859, 165. — *Davaine*: Tr. d. Entoz. XXXVII—XXXVIII.

Habitaculum. Statu perfecto: Felis Catus fer. (*Redi*, *Comes de Borke*), vario anni tempore, (*Bremser* et *Diesing*) Martio in Hibernia (*Bellingham*). — *F. Catus dom.* omni anni tempore vulgaris — specimina numerosa in uno individuo in Pennsylvania (*Leidy*). — *F. maniculata*: in Hibernia (*Bellingham*).

¹⁾ Similitudo capitis Cysticerei fasciolaris cum illo *T. crassicolis* jam a cel. *Pallasio* in ejus Nord. Beitr. memorata.

²⁾ *Cel. Siebold* opinatur, partem hujus larvae fasciolaris transverse plicatam (articulatam *Siebold*) corpus animalculi perfecti futuri esse ut in *Triaenophoro* noduloso, *Taenia longicollis* et *T. ocellata*.

— *F. concolor*, Aprili, Majo et Novembri. — *F. mellivora*, Martio et Aprili. — *F. Onça*. Novembri. — *F. Pardalis*. Aprili. — *F. macroura* Aprili. — *F. tigrina*, Junio, Septembri et Octobri, in Brasilia (Natterer): in intestinis tennibus copiose.

Statu larvae: Mus Rattus (Pallas) in Brasilia (Olfers). — *Mus decumannus* (Rudolphi et pl. alii), in folliculo membranaceo, in Hibernia (Bellingham), frequens in Pennsylvania (Leidy). — *M. Musculus* (Rudolphi et pl. alii) in folliculo membranaceo, in Hibernia (Bellingham), in folliculis, Septembri, Nicaeae (G. R. Wagener), in Anglia (Spencer Cobbold). — *M. tectorum* (M. C. V.). — *Lemmus arvalis* (Pallas). — *L. amphibius* (Goeze). — *L. terrestris* (Mehlis). — *Vespertilionis spec.* dub. (Bloch). — *V. auritus* (Bremser): in hepate.

Transformatio embryonis in blastocystidem larvigeram intra quatuor menses (Leuckart Blasenbandw. 39 et 40); evolutio larvae in animal perfectum intra 6—7 hebdomades absolvitur (Leuckart ibid. 57).

Cl. Natterer ex intestinis Felium Brasiliensium Taenias perfectas hujus speciei abunde legit, illarum larvas vero nullibi offendit.

Potius monstra Taeniae crassicollis quam species genuinae:

Caput parvum subquadrangulare, marginibus tuberculis exiguis sparsis obsessum, acetabulis angularibus mediocribus. *Os* terminal-circulare, uncinulorum corona simplici. *Collum* crassitie fere capitis. *Corpus* rigidum in spiras duas planas involutum, sensim increscens articulis obsolete numerosis, dein subaequale, demum iterum decrescens, articulis distinctis planis, pagina centrali excavatum. Longit. . .

Organa genitalia nulla observata. — Specimen solummodo unicum, incertum num ex ventriculo vel ex intestinis lectum cum characteribus normalibus Taeniae male quadrans; individuum forsitan degeneratum Taeniae crassicollis.

Taenia ammonitififormis *Baird*: in Proceed. Zool. Soc. London 1862. 20. Tab. II. 1—7.

Habitaculum. *Felis concolor*: incertum an in ventriculo vel in intestinis individui in theriothrophio Londinensi extincti (*Baird*) *Mus. Brit.*

Caput hemisphaericum, corpore continuum. *Os* terminale circulare, uncinulorum corona simplici, uncinulis apicibus suis conniventibus. *Corpus* rigidum subcylindricum, ultimo solum triente depressum et magis dilatatum, articulis supremis angustissimis rotundatis, subsequenter sensim latioribus. *Aperturæ genitalium* (in

articulis ultimis 10—11) irregulariter alternantes. Longit. circa $4\frac{1}{2}''$, latit. antrors. $\frac{1}{2}'''$, retrors. $1'''$.

Hæc forma, in uno solummodo specimine reperta, nil nisi Taeniae crassiceollis monstrum esse videtur. — De uncinulorum corona simplici in hoc individuo et in præcedente obvia confer etiam notitiam apud Taeniam serratam Canis h. .

Taenia semiteres Baird: in Proceed. Zool. Soc. London 1862, 21. Tab. II. 8—12.

Habitaculum. *Felis Catus* var. persica: in ventriculo (Baker). *Mus Brit.*

43 (52). Taenia laticeollis RUDOLPHI. — Dies. Syst. Helm. I. 518 adde:

Leuckart: Blasenbandw. 57. — Weinland: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 18 (de ovulorum testa dura).

Habitaculum. *Felis Lynx*: in intestinis.

44 (51). Taenia crassiceps RUDOLPHI.

Diesing: Syst. Helm. I. 518. — Leuckart: Blasenbandw. 67. — Weinland: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 18 (de ovulorum testa dura). — Leuckart: Menschl. Parasit. I. 224.

Statu larvæ. Caput tetragonum prominentia brevi crassa, uncinulorum validorum corona duplici, acetabulis quatuor angularibus. Collum depressum. *Blastocystis* antrorsum utricularis, depressa, transverse rugosa, postice subglobosa vel ovalis. Longit. capit. cum collo $1'''$, blastocystidis ultra $1'''$, crassit. $\frac{1}{2}$ — $1'''$. — Blastocystidis pars postica pagina sua externa interdum gemmipara (Bremsler et Rudolphi).

Cysticereus longiceollis. Rud. — Dies.: Syst. Helm. I. 490. — Leuckart: Blasenbandw. 67. — Idem: Menschl. Parasit. I. 224.

Habitaculum. *Statu perfecto*: *Canis Vulpes*: in intestinis tenuibus.

Statu larvæ. In Lemmorum cavo thoracis et sacculo axillari.

Tempus transformationis embryonis in blastocystidem larvigeram ignotum; evolutio larvæ in Taeniam perfectam 5—6 hebdomadibus absolvitur (Leuckart).

45. Taenia polyacantha LEUCKART.

Caput latum prominentia brevi, uncinulorum magnorum 62 corona duplici cineta, acetabulis prominulis. Collum brevissimum.

Corpus articulis latis brevibus. Longit. ad $\frac{1}{2}$ ', latit. capit. ultra $\frac{1}{2}$ ". Longit. artic. maturor. 2— $2\frac{1}{2}$ ", latit. 1".

Praesertim numero et forma uncinulorum a specie praecedente differt.

Taenia polyacantha Leuckart: Blasenbandw. 68 Tab. II, f. 9 (uncinuli).

— *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. 1861. 18 (de ovulorum testa dura).

Taenia (Cystotaenia) polyacantha Leuckart: Menschl. Parasit. I. 224.

Habitaculum. Canis Vulpes: in intestinis (*Leuckart*).

46 (50). *Taenia serrata* GOEZE. Char. reformato.

Caput globuloso-tetragonum, prominentia antica brevi, uncinulorum validorum 38—42 corona duplici cincta, acetabulis circularibus v. subellipticis anticis, cruciatim dispositis. *Collum* $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ " longum. *Articuli* corporis quadrilaterales, supremi parum distincti brevissimi, subsequentes longiores, distantia $9\frac{1}{2}$ — $11\frac{1}{2}$ " a capite fere tam longi quam lati, demum longiores quam lati, margine articulorum postico integerrimo, angulis posticis prominentibus. *Aper-turae genitalium* marginales, vage alternae, tuberculis insidentes. Longit. fere 3'; latit. capit. $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ "; longit. et latit. articulorum subquadratorum $2\frac{1}{2}$ —3"; longit. artic. ultimi 5—6", latit. $1\frac{1}{2}$ ".

Uterus ramulis lateralibus utrinque 6—8, irregulariter ramosissimis.

Taenia serrata Goetze-Diesing: Syst. Helm. I. 517 (partim). — *Bellingham*:

in Ann. nat. hist. XIV. 321. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. 3. ser.

X. 337. Tab. XI. 2, XII. 5—6 (cum anatom.). — *Seeger*: Die Band-

würmer des Menschen 1852. Tab. I. 9 (Syst. nervorum) fig. Blanchardii.

— *Siebold*: in Zeitschr. f. wissensch. Zool. IV. 1852. 408 (dis-

tinctio a *T. crassicipite*). — *Küchenmeister*: Cestoden 1853. 54. — *Die-*

sing: in Sitzb. d. k. Ak. XIII. (1854) 604. — *Haubner*: in Gurlt et

Hertwig: Magaz. f. d. ges. Thierheilk. XX. 1854. 256 (de opinione

cl. *Küchenmeister* de speciebus tribus sub nomine *Taeniae ser-*

ratae commutatis). — *Küchenmeister*: Parasiten I. 131 (*Taenia*

serrata vera). — *Leuckart*: Blasenbandw. 58—59 et 74—97 (anatomico-

physiologica). — *Baillet*: in Annal. des sc. nat. 4. ser. X. (1858)

190—227 (de characteribus *T. serratae emendato*). — *Van Beneden*:

Mem. Vers. intest. 148—157 et 369. Tab. XX. 9—19. — *Spencer*

Cobbold: in Transact. Linn. Soc. XXII. 163 et 172. Tab. XXXIII. 73—

74. — *Gervais et Beneden*: Zool. med. II. 260—264. — *Daraine*:

Tr. d. Entoz. XXXIII. — *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII.

(1861) 18 (de ovulorum testa dura).

Taenia (Cystotaenia) serrata Leuckart: Menschl. Parasit. I. 224 et 314 (de

characteribus speciei).

Statu larvæ: Caput illi animalis perfecti conforme. *Collum* tenue. *Blastocystis* antrorsum attenuata, transverse rugosa, postice globosa Longit. 4—6''' crassit. blastocyst. 2—3''' — Blastocystidis pars postica pagina sua interna interdum gemmipara (Tschudi).

Cysticereus pisiformis Zeder. — Dies.: Syst. Helm. I. 489. — Bellingham: in Ann. nat. hist. XIV. 398. — Blanchard: in Regne anim. nouv. edit. Zooph. Tab. XXI. 1 et 1^a; et in Annal. des sc. nat. 3. ser. X. 352. — *Küchenmeister*: in Günzburg's Zeitsehr. 1851, 240 (prima experimenta de translatione *Cysticerei* pisiformis in tractum intestinale *Canis* et de evolutione in *Taeniam*). — *Siebold*: in Verh. d. schles. Gesellsch. v. 7. Juli 1852. — *Lewald*: De *Cysticereorum* in *Taenias* metamorphosi pascendi experimentis in instituto physiologico Vratislaviensi administratis illustrata, Berolini 1852 (experimenta sub auspiciis celeb. de *Siebold* facta). — *Van Beneden*: in Bullet. Acad. Belgique XX. I. 239 (de transformatione). — *Siebold*: Band- u. Blasenw. 1854. 72 (de evolut.) et 75—80 (experimenta de transformatione). — *Diesing*: in Sitzb. XIII. 1854, 601. — *Wagener*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXIV. Suppl. 40—43 et 67 (de evolutione et de formatione uncinulorum). Tab. V. 58, 59. Tab. VI. 60—70. — *Röll*: in Zeitschr. d. Gesellsch. d. Ärzte zu Wien 1854, 459 (de ortu *Cysticerei* pisiformis in *Cuniculis* cum *Taenia serrata* *Canis* pastis, praeterlapsis 14 diebus). — *Haubner*: in Gurlt et Hertwig: Magaz. f. d. ges. Thierheilk. XX. (1854) 367—372 (de experimentis a cl. *Küchenmeister* et *Haubner* de evolutione *Taeniae serratae* verae e *Cysticereo* pisiformi institutis). — *M. Edwards* et *Valenciennes*: in Compt. rend. 1855 I. 997. — *May*: in Gurlt et Hertwig Magaz. f. d. ges. Thierheilk. XXI. (1855) 322 (translatio *Cysticerei* e *Lepore* in *Canem*) et 331 (de translatione *Taeniae serratae* verae in *Cuniculos*). — *Leuckart*: Lettre a *M. Edwards*: in Annal. des sc. nat. 4 ser. III. (1855) 351—355. Tab. X. 11—14 (de evolutione). — *Wagener*: in Naturk. Verh. XIII. 8 (de praesentia blastocystidum in hepate *Cuniculorum* hieme et blastocystidum eum larvis in peritoneo *Cuniculorum* demum vere). — *Leuckart*: Blasenbandw. 41—46 (de evolutione larvae), et 59, 97—142 (anatomico-physiologica) e. fig. — *Van Beneden*: Mem. Vers. intest. 148—157 et 369. Tab. XX. 1—9. — *Spencer Cobbold*: in Transact. Linn. Soc. XXII. 1859, 165—167. — *Gervais* et *Beneden*: Zool. medie. II. 260—264 e. fig. (historia evolutionis).

Taenia pisiformis Gmelin: Syst. nat. 3061. N. 16.

Taenia cordata Gmelin: Syst. nat. 3061. N. 15.

Habitaculum. Statu perfecto: *Canis familiaris*: in intestinis tenuibus.

Statu larvæ: Lepus timidus: in visceribus variis, nec non in vesica urinaria (*Redi*, *Goeze* et pl. alii). — *L. variabilis*: in me-

senferio (Bremsen). — *L. Cuniculus*: (Goeze et pl. alii) in folliculis. — *Mus Musculus*: rarius (Goeze et Leuckart): in visceribus variis.

Transformatio embryonis in blastocystidem larvigeram intra hebdomades 6 (Leuckart Blasenbandw. 43); evolutio larvae in animal perfectum intra 2—2½ menses absolvitur (Siebold et Leuckart).

Var. α monostephana.

Caput collo laud latius, antice convexum, prominentia antica brevi, uncinulorum validorum corona simplici cineta. *Collum* longum. *Articuli* anteriores transverse oblongi vel cuneati, posteriores subquadrati. Longit. 9—12'', latit. max. 1½''; latit. capit. ⅓''.

Taenia serrata Leidy: in Proceed. Acad. Philad. VII. 1855. 443 et VIII. (1856) 46.

Habitaculum. Canis familiaris borealis (Eskimotum) in intestino tenui individui a cel. peregrinatore Kane allati, specimina tria, Philadelphiae legit (Leidy).

Var. β astephana.

Caput uncinulorum corona nulla instructum.

Taenia serrata capite inermi Bremsen: Lebende Würmer 101. — *Dies.*: Syst. Helm. I. 518 in nota.

Habitaculum. Canis familiaris: in intestinis semel repertum, specimen praelongum, Viudobonae. M. C. V.

47 (48). Taenia marginata BATSCH. Char. reformato.

Caput subquadratum, prominentia antica uncinulorum graciliorum 32—40 corona duplici, acetabulis angularibus anticis. *Collum* breve. *Articuli* crassi, anteriores brevissimi, sensim longitudine incrementos, distantia fere 18'' a capite quadrati, margine postico prominulo undulato. *Aperturæ genitalium* marginales, vage alternæ. Longit. 4½—7'', latit. ad 3''.

Uteri truncus medianus brevis, ramis lateralibus paucis ramulosis (Leuckart).

Taenia marginata Batsch. — *Dies.*: Syst. Helm. I. 516.

Taenia (Cystotaenia) marginata *Leuckart*: Menschl. Parasit. I. 224 et 312—328 (et de evolut.).

Taenia e Cysticercæ tenuicollis *Küchenmeister-Haubner*: in Gurlt et Hertwig Mag. f. d. ges. Thierheilk. XX. (1854) 367 et 372—375. — *Küchenmeister*: Parasiten I. 129. Tab. II. 10 (uterus). — *Idem*: in Moleschott's Untersuchungen zur Naturlehre I. (1856) 256—378.

Leuckart: Blasenbandw. 59—61 (T. marginata?). — *Baillet*: in Journ. des veter. du midi 1858. 604; extr. in Annal. des sc. nat. 4 ser. X. (1858) 223. — *Weinland*: in Trosch. Arch. 1859. I. 278. — *Davaine*: Traité d. Entoz. XXXV. — *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 18 (de ovulorum testa dura.) — *Baillet*: in Annal. des sc. nat. 4 ser. XVI. (1861) 99 — *Idem*: in Mem. Soc. de Medic. Chir. et Pharmacie de Toulouse; extr. in Compt. rend. LV. (1862) 630, 643 et 646 eum observ. cl. Flourens.

Taenia tenuicollis Günther (nec Rud.): Handb. d. mediz. Zool. Stuttgart 1858. 218.

Taenia serrata Siebold: Band- u. Blasenw. 85.

Statu larvae: Caput illi animalis perfecti conforme. Collum breve filiforme; blastocystis antrorsum elongata transverse rugosa, postice ovalis amplissima. Longit. larvae . . . blastocystis $\frac{1}{2}$ — 2'' longa, imo pedalis et ultra et tunc postice 4'' et ultra lata. — Blastocystidis pars postica intus interdum gemmipara (Rudolphi).

Cysticereus tenuicollis Dies.: Syst. Helm. I. 488. — *Bellingham*: in Ann. nat. hist. XIV. 397. — *Creplin*: in Trosch. Arch. 1851. I. 278. — *G. Wagener*: in Müller's Arch. 1851. 217 (de vascul. capillar.). — *Siebold*: Band- u. Blasenw. 80—86 (experimenta de translatione Cysticerei tenuicollis in Canes). — *Diesing*: in Sitzb. d. k. Akad. XIII. 1854. 600. — *Haubner*: in Gurlt et Hertwig Magaz. I. s. (de tempore evolut.). — *Wagener*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXIV. Suppl. 38—39 (de ligamento interno blastocystidis). — *Küchenmeister*: Parasiten I. 129 et 170. Tab. II. 6. — *Idem*: in Moleschott's Unters. I. s. e. — *Leidy*: in Proceed. Acad. Philad. VIII. (1856) 45. — *Leuckart*: Blasenbandw. 46 (de evolut. larvae e. fig.). — *Wagener*: in Natuurk. Verhandl. Haarlem XIII. 94. Tab. III. 8 et 12 (evolutio capitis) et 95. Tab. V. 2—4 (de fibris muscular. et de blastocystidis systemate vasorum). — *Leisering*: in Bericht über das Veterinärwesen im Königr. Sachsen 1857—58. 22 (de cysticereis juvenilibus). — *Küchenmeister* ibid. 338. — *Fürstenberg*: in Mittheilungen aus der thierärztl. Praxis in den preuss. Staaten. V. 193; *Leuckart*: in Trosch. Arch. 1859. II. 172, 1860. II. 138. — *Gervais et Beneden*: Zool. med. II. 218 e. fig. — *Davaine*: Tr. d. Entoz. XXIII. — *Leuckart*: Bau- u. Entwicklungsgeschichte der Pentastomen 121 (nota de promotione embryonum Cysticerei tenuicollis circulationis ope). — *Cobbold*: in Proceed. Zool. Soc. London 1861. 121. — *Baillet*: in Annal. des sc. nat. 4 ser. XVI. (1861) 99. — *Idem*: in Mem. Soc. d. med. et in Compt. rend. LV. I. s. e. — *Leuckart*: Menschl. Parasit. I. 313 et 316—328 e. fig. et 750 (novum experimentum).

Cysticereus Potamochoeri penicillati Cobbold: in Proceed. Zool. Soc. Lond. 1861. 63, 93 et 121. Tab. XVII. 3—5 — teste *Leuckart*: Menschl. Parasit. I. 313 nota = Cystic. tenuicollis.

Cysticereus tenuicollis Hominis.

Platerus apud Bonet Sepulchret. 1679. Observ. Libr. III. 63^v. — *Koelpin*: in Schrift. d. Berliner Gesellsch. naturf. Fr. I. 348—355. — *Bloch*: ibid. 335—447.

Taenia visceralis Treutler: Observ. pathol. anat. 14—16. Tab. III. 1—4. — *Jördens*: Helminthol. 56. Tab. V. 5—11. — *Gmelin*: Syst. nat. 3059. N. 5.

Cysticereus visceralis Zeder. Naturg. 418. N. 11.

Cysticereus visceralis Hominis Rudolphi: Entoz. hist. III. 233; ej. Synops. 181. — *Diesing*: Syst. Helm. I. 492 (teste *Küchenmeister* = *Cyst. tenuic. Hom.*).

Cysticereus Schleisner: Forsög til en Nosographie of Island Kjöbenhavn 1849; extr.: in Janus Central Mag. f. Gesch. u. Lit. Gesch. der Medic. I. 300. — *Siebold*: Band- u. Blasenw. 1854. 112.

Cysticereus tenuicollis Hominis Eschricht: Undersögelder over den i Island endemiske Hydatidesygdom; in Danske vidensk. selsk. forhandl. 1853. 211. — *Beneden*: in Acad. Belgique séance. 1 Juillet 1854. — Institut N. 1083 (1854) 347 (de litteris cl. Eschrichtii). — *Küchenmeister*: Parasiten I. c. Tab. II. 7—9. (Ic. Eschrichtii). — *Leuckart*: Menschl. Parasit. I. 326 et 751 (dubia contra praesentiam in Homine).

Cysticereus Hominis dubius Diesing: in Sitzgb. XIII. (1854) 601.

Habitaculum. Statu perfecto: Canis Lupus: Februario (Comes de Borke), Januario, Berolini (Rudolphi), vario anni tempore (Bremser) — *C. familiaris*: (Siebold, Haubner, Küchenmeister, Baillet, Leuckart), praesertim in individuis cum *Cysticereus tenuicollis* pastis: in intestinis tenuibus.

Statu larvae. Homo: in omento individuorum hydropicorum et chachecticorum (Plater); in visceribus abdominis, nec non in vesica urinaria (Koelpin); in visceribus (Treutler et Zeder) rarissime — in Islandia semel (Schleisner). — In Mammalium praepremis herbivororum pleura, peritoneo, hepate et mesenterio: *Simiae* spec. incerta (Bloch). — *S. Maimon*: (Rudolphi et Rud. Leuckart). — *S. Sabaea* (Bremser). — *S. Faunus* (Diesing). — *S. Cynomolgus* (Leuckart). — *S. Inuus* (Creplin). — *Sciurus vulgaris* (Klug). — *S. cinereus* M. C. V. — *Cervus Elaphus* M. C. V. — *C. Capreolus* (Zeder). — *C. Tarandus* (Stennon). — *C. Axis* (Viborg). — *C. simplicicornis*: in Brasilia (Natterer). — *Antilope Dorcas*: (Tyson) Octobri (Diesing). — *A Saiga* (Pallas). — *A. Rupicapra* (Bremser). —

A. Leucoryx, Junio (Diesing). — *A. Euchore*, Aprili, Londini, specimina duo (Cobbold). — *Capra Musmon*: (Gervais). — *C. Ammon*. — *Capra Aries*: (a plurib. rep.) in peritoneo in folliculo, in Hibernia (Bellingham), in mesenterio Philadelphiae (Leidy). — *C. Hircus* (a plur.) *var. reversa*: ad intestina (Creplin). — *Bos Taurus* domest.: a plurib. rep. — *Sus Scrofa* dom. et fera (a plurib.), in hepate, Philadelphiae (Leidy). — *Potamochoerus penicillatus*: in hepate et mesenterio, Londini (Cobbold).

Transformatio embryonis in blastocystidem larvigeram intra 7—8 hebdomades; evolutio larvae in animal perfectum intra 10—12 hebdomades absolutur (Leuckart, Parasit. 322 et 326).

Nota 1. Species haec, pridem cum *Taenia serrata* et *T. Solium* commutata, praecipue in canibus macellariorum et pastorum quaerenda erit.

